Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

perusia

Perusia



Perusia vetustissima ac nobilis Ethru-
rie civitas olim primaria / sed nunc
tertia inter ethruscas civitates noiata
Quam Iustinus ab achiis conditam fuisse
dicit / Et ante Roma condita iam ind. sufficit
Quanis alii Troyanum quendam principe
nomine perusium eius conditore affirmant /
Et ex suo nomine perusium sive perusia nomina-
uit / Est autem hec sola inter omnes ytalie urbes
felicitate nacta penitus inaudita / Ex eadem
pene statu et rerum conditorum Quam ante condi-
tam urbem Romam : et postmodum Roma sub
regibus consulibus et Imperatoribus et tyrannis
habuit nunc retinet / Passa est tamen varias
sollerendas agitaciones / Quam romani post
morte Alexandri magni . l. posthumii con-
cione / sulis ductu in dedicionem acceperunt / At Liuius
scribit libro decimo / Nec in Etruria pax erat /
Nam et perusinis auctoribus post deductum
a consule exercitum rebellatum fuerat / Fabius
e / quatuor milia quingentos perusinorum occidit
Et sic iterum / per infaustissimi triumviratus tempora
l. Antonium ac antonii fratre Octavianus
Cesar in Perusia obsedit / famemque eas alias
similem auditam Antonii exercitus in ea clau-
sus et perusinus populus sustinuere / Et capta
urbs direptaque est / Eam tamen brevi instau-
ratam factus Monarcha menibus potissimum nunc
Augustus / extantibus communiuit Idem Octavianus / Qua
a suo cognomine Perusiam Augusta sicut

littere cubitales portis incise ostendunt voluerunt
appellari / Eius direptionis causam ponit Li-
uius libro CXXV / Est itaque perusia omni ex parte
montuosa / Cuius loci condicio ea est : ut nec quic-
quam munitius : nec certe amenius inveniri possit
Nam preruptis undique et rupibus cincta ita
inexpugnabilis est : ut nullis quasi egeat de-
fensoribus / Et licet plurime apud perusinos
olim extiterunt intestine sediciones / Et tyranni
aliquando eos oppresserint / nunc tamen libera est / Et et
optimis eruditissimisque viris et legibus instituta
In ea sunt templa permagnifica ornatissima /
religiosorum monasteria : excelsa civium pallacia
amplissima pauperum hospitalia / gymnasium
celeberrimum / forum cum insigni fonte amplum
Et portus et viridaria optime arboribus consita
/ Eius ager olei / vini / cerei : et suavissimorum
omnifariam fructuum feracissimus / Baldus in ea
claruit / Qui cum Bartolo scripsit ferraciensi iurisci-
vilis et pontificii obtinuit principatum / Alii
angelus et petrus germani / Sed et Cynus consul-
tissimus / ante eos perusinus extitit / Et nostra tem-
pestate Mattheolus perusinus medicus famosissimus
e perusio originem duxit / Cui paulo in gym-
nasio in primis docendo et dicendo floruit /